

se est, ut huic applicationi respondeat aliqua interna.

9. *Quenam sint fidei effectus? Ista: justificatio, ipes, charitas, omniaque bona opera, & denique gaudium ineffabile seu prægustus vitæ æternæ.*

10. *Quomodo differat fides in N. T. ab ea, qua in V.? Non substantia, sed mensura & circumstantia. Illi enim crediderunt in Christum promissum: nos, in missum.*

11. *Quibus argumentis colligere possumus, in nobis esse veram fidem? Ex effectis paulo ante commemoratis.*

12. *An de aliorum fide pariter certi esse possimus atque de nostra? N. Ibi enim solum adhibetur canon judicium charitatis.*

13. *Quomodo cognosci possit, aliorum fidem esse hypocriticam? Si vel nulla ex se pariat bona opera, vel deficiat, vel cedat opera Pharisæica vel etiam coacta.*

14. *An fides semper sit aqua firma in regenitis? N. quia habet sua intervalla & paroxysmos.*

15. *In perseverantia sit inseparabile adjunctum fidei salutis? A. Nam fides fluit ex electione, ut est illorum qui Christos sunt insiti, & denique est nostra victoria.*

16. *Quæ causa sit, cur fides iustificans non pereat? Causa ista non est querenda in ipso*

K 4 fideli,